90865

officy Capitanealis Castren Branscen feria secunda post datam praesentis citationis prius et proximius in curia Regia Branscensi celebrandis personaliter et peremptorie compareas ad Instantiam Instigatoris Judicy nostri et ipsius delatores laboriosi Iwan Kopatka de villa Swiedy Capitaneatus Branscensis quibus citat cum eiusdem Magnifici sui Capitanei Branscen assistentia ad bannienda et de regno Poloniae proscribendum Ratione vulnerum officio Castrensi Branscen monstratorum et inscriptorum centum marcis Polonical taxatorum in iudicio productorum et obtentorum non admisisti imo temere derigasti per quod in penam banitionis incidisti ad quod super te decernen et per ministerialem publicanda citaris Judicialiter sis responsurus datum in Curia Regia Branscensis feria secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima anno domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo primo. Cuius quidem citationis praeinserte copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Prosienski recognovit se ab una anterioris praesentem septimana in bonis citati propriis posuisse et publicasse memoratus actor supra scriptum citatum ad Iudicium praesens Castrense Capitan Branscen per ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosienski Iuridice clamatum et non comparentem in pena Banitionis ea ingesti ordine admittenteque Iudicio praesenti Iudicialiter condemnavit in cuius autem condemnationis exitum modi Iudicium praesens Castren Capitaneale Branscense visa et considerata citati clamati et non comparentes contumatia et temeritate Iuri communi et partis actorea affectatione contentisque citationis inherendo super ipso citato et bonis eius omnibus penam banitionis decernit ipsumque citatum iam exnunc bannitum et de regno Poloniae dominiisque eidem annexis esse pronunciat et ad publican eandem penam Banitionis Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosienski addit et deputat decreti praesentis vigore

KROPIWNICKI INFAMIS

Super citationem literalem Castren Capitan Branscen Franciscus Joannes De Vetoczow Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus Tibi Nobi li Alberto Filio Nicolai wilczyk Kropiwnicki ex omnibus bonis tuis ergo re Regni et nostra Capitaneali aut Edictale mandamus ut coram Judi cio nostro in terminis Judicialibus simul et querelarum accusarum offi cij Capitanealis Castren Branscen Feria secunda post datum praesentis ci tationis prius et proximius in Curia Regia Branscen celebrandis perso naliter et peremptorie compareas ad Instantiam Instigatoris Judicij nostri et ipsius delatoris Nobilis Cristophori olim Thomae Nobylenski qui te citat secundo post obtentam penam contumaciae prout in termino pri mo in pena contumatiae Judicialiter condemnavit iuxta suam citatione primam Originalem qua te citaverat et nunc citat ideo quia tu existens famulus actoris manu stipulata ad ob eundem servitia honesta addictus et certo precio appreciatus habensque res multas actoris curatiae et adminis trationi comissas existens immemor vocationis suae et Famuli Boni non me tuendo penas legum contra Famulos male Fidei Fragos nostrijs suis de linquentes legibus Regni Sancitas ab eodem actore non facto calculo et rebus actoris sibi comissis in terminis tibi specificatis non restitutis imo multis dilapidatis et secum apportatis non deliberata tua fide clam ex castris discessisti per quod penam legum videlicet infamiae succubuisti pro quibus superti decernendis et per ministerialem publicandis contu macia tua non obstante actores Judicialiter sis responsurus datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post Festum Sancti Micha elis Archangeli proxima Anno domini Millesimo Sexcentesimo Quin quagesimo primo Cuius quidem citationis prae insertae copiam sigil lata ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Prosienski reco gnovit se ab una integra ante terminum praesentem septimana in bo nis citati proprijs posuisse et publicasse memoratus actor supra scri ptum citatum ad Judicium praesens Castrense Capitaneale Branscen per ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosien ski Juridice clamatum et non comparentem in lucro penarum legu videlicet infamiae ex Regestri ordine admittentes Judicio praesenti Judicialiter condemnavit in cuius autem condemnationis eiusmodi Judicium

praesens Castrense Capitaneale Branscense visa et considerata citati clamati et
comparentes contumacia et temeritate Iuri communi et partis actoris affe
ctatori contentisq[ue] citationis inherendo super ipso citato et bonis eius omnibus
poenam bannitionis decernit ipsumq[ue] citatum iam ex nunc bannitum et
de Regno Poloniae dominiysq[ue] eidem annexis esse pronunciat et ad pu
blicandam eandem poenam ~~[illegible]~~ Ministeriale regni Generale addit
et deputat decreti praesentis rigore

DEMIDOWICZ INFAMIS

Super citationem literalem Castrensem Capitaneal[em] Branscensem
tenoris talis Franciscus Joannes in Kloczow Lesnowolski Bran[scensis]
etc Capitaneus tibi Nobili Demidowic ex officio Tuo
famulatus persona bonisq[ue] omnibus rigore Legis et nostra ca
pitaneali authoritate mandamus ut coram officio nostro in Cu
ria Legis Branscen[si] in terminis Iudicialibus Capitan[ealibus] Castren[sibus]
Branscen[sibus] Feria secunda post datam praesentis citationis pro
xime celebrandis personaliter et peremptorie compareas ad
instantiam Instigatoris Iudicij praesentis et ipsius delatoris Nobilis
Ioannis filij Hyacinti Wisniewski in Anczuty heredis Quite
citat ideo Quia tu existens servus pro expeditione generali bel
lica praeterita manu stipulata addictus habensq[ue] in dispositio
ne et administratione sua res certas Fidei tuae concreditas sta
tim veniendo ex eadem expeditione non facta venia et dimissio
ne ac ratione de rebus Fidei tuae non creditis non facta imo
multis sibi attributis et receptis profugus discessisti et fide
fragus extitisti contra officium boni et fidelis servi ex
cessisti et poenas eo nomine sancitas videlicet poenas legum
scilicet infamiae succubuisti ad quam super te decernen[dam]
et per Ministerialem publicandam citaris Iudicialiter sis res
ponsurus et terminum attentaturus datum In Curia Le
gis Branscensi Feria secunda post Festum Sancti Francis
ci Confessoris proxima Anno domini Millesimo sexcen
tesimo Quinquagesimo primo cuiusquidem citationis prae
inserte